



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Dioecesis administratio. cap. 37.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

decretis plurima scripto concedi va-
rijs de causis necesse erat; gratis fere
dari omnia cōstituit. si qua de re aut,
ad notariorū mercedem, refūve scri-
bendarum copiā, exigī aliquid opor-
teret; id modicum, aut etiā intra mo-
dū cōstituit. quibus de rebus; alijsq;
multis in libello explicatum est, quē
hoc de genere forensi cōscribi; ediq;
iussit. Urbis singulas regiones, quā
sex habentur singulis probatis, pri-
marijsque sacerdotibus assignavit;
qui Visitatorum auctoritate clerico-
rum omniū in mōres, vitamq; specu-
larentur; ecclesiarum cultum; & diu-
nā munera obseruarent; omnem de-
nique disciplinam; & cānonica præ-
scripta custodirent: quā oporteret,
ad Vicarium generalem quotiescū-
que opus erat referrent; tum certis
diebus ad eundem cōuenientes; de
statu rerum suā quisque regionis,
plene docerent; & quā providenda;
vel ordinanda viderētur, ex eius sen-
tentia constituerunt. omnia vero Ca-
roli nutu administrabantur: velenim
intererat; vel de grauioribus saltē
rebus, Vicarios, regionū præfectos,
alios ministros audiebat.

Diocesis ad ministratio
Cap. xxxvii.

Diocesis Mediolanensis in cer-
tas regiones, quas appellant plebes;
diuiditur: in vnāquaque regione,
præcipua ecclesia est; eaque in vico
fere, aut castello, quod est, antea
fuit regionis præcipuum. ecclesijs ip-
sis presbyteri præsunt; Præpositi di-
gnitate insigniti; & quantum ex anti-
quis vestigijs perspicitur, collegia
cānonicorum adiuncta erant; quo-
rum aliqua nunc etiam manent. Ius
quoddam ecclesiæ, Præpositoq; fuisse
videtur in tota plebe, quā multa-
rum est parochiarum; non dissimili,
quibusdam in rebus, veterum Core-
piscoporū instituto. Illud iuris,
præcipui, præter nomen, vestigium
est: quod Baptisteria sunt insignia;
hoc est sacella fatis ampla, separatim
fabricata, vbi aqua baptismi statō tē-

pose consecraretur; & vt puto, to-
tius regionis infantes antiquitus sa-
cro baptismo abluerentur. hanc di-
uisionem, ordinationemque secutus
Carolus; presbyterum, certa manda-
ta iurisdictione, ac potestate, in sin-
gulis regionibus constituit; qui Vica-
rij nomine, alijs presbyteris, cleri-
cis, ecclesijsque præset; Præposi-
tum quidem ipsum, si videretur ido-
neus; alioqui alium a quo posset ar-
bitratu suo potestatem in alium trās-
ferre. sunt hi Vicarij circiter quin-
quaginta: & quod in vrbe Præfecti,
hoc ij fere sunt in agro. horū ad quē
que gubernatio regionis cum refera-
tur; ipsi ad arbitrium Vicariorum vr-
bis, generalis præsertim reguntur; &
ad eum de regionis suæ rebus, singu-
lis mensibus, vel prout opus est, scri-
bere solent. Sed commodioris admi-
nistrationis gratia, duos ex prima-
rijs sacerdotibus in Vrbe delegerat,
Visitatoresque generales appellaue-
rat, quorum alter rerum Urbanarū;
reli quarū alter, vt generalis Vicarij
adiutores, curam gererent. Ita cum
diocēsani Vicarij de regionis suæ sta-
tu tum alijs vijs, tum ex parochorū
menstruis congregationibus cogno-
scant, Mediolanumque scribant: vr-
bis autem præfecti frequenter itidē,
vt dictum est, de rebus Urbanis refe-
rant; quo modo se res in tota diocesi
habeant, singulis mensibus Archiepi-
scopus scire potest. At plures etiam,
puta sex, siue ex ecclesijs, siue ex do-
mo sua delegerat; qui diocēsim cer-
tis temporibus, in sua suisque assigna-
ta parte, peragrarent; omnia que visi-
tarent, ac recognoscerent. vix enim
fieri potest, vt perfecte pareatur,
nisi sit qui frequenter instet, & quid
agatur coram inspiciat. ac ne Visi-
tatorum huiusmodi sumptus pres-
byteris esset grauis; eos, honestos
tamen viros, sine famulis, vno comi-
te notario, iubebat proficisci. Hanc
administrationem; cui vir vnus,

Ar-

Archiepiscopo absente, satis antea faciebat; tempusque præterea supererat, quod relaxandi animi gratia consumeret; nunc tam magno numero administri, perpetua Caroli ipsius addita cura, & labore; vix, aut ne vix quidem sustinebant.

Eiusdem visitatio.
Cap. xxxiix.

Ipse quoque, cum reliquo tempore, ad urbanas ecclesias visendas vteretur, quotannis quibus diebus vbi minus incommoda foret eius absentia, exhibat ad reliquas recognoscendas. ij dies erant, à Pentecoste, ad Adventum; si tamen ad Virginis celebritatem ecclesie maioris præcipuam Mediolanum recurreret, mense Septembri. reliquis anni temporibus, erat manendi causa maior, vel ex antiquis patrum decretis. nam quæ tempora sanctius colenda pijs hominibus ecclesia proponit; ijs adesse populo suo Episcopus maxime debet, ac precibus, concionibus, & exemplo salutariter eum excitare; ut Adventus, & Quadragesima est; cum adiunctis celeberrimis festis. ante Quadragesimam omni ratione populi petulantia coram est reprimenda. à Paschate, ut temporis celebritatem omittamus, synodis, & confirmationis sacramento debita opera videntur. Igitur vicinas ecclesias lustrans, celeritate, continentibus laboribus, numero comitû exiguo, magna parsimonia utebatur, quibus rebus etiam onus hospitij leuabat: quo tamen vti commode poterat iure suo. ne quis omnino præter necessitatem esset in comitatu; tum sua quemque ad necessitatis normam præscripta: tum necessariam quoque Pontificiam suppellectilem; scriptaque ad ecclesias pertinentia, viritim distributa, suos iubebat, etiam honestos, & iuriscôultos, in equis ferre famulorum more. plura singuli munera obibant; obeuntique Carolo varijs rebus inserviebant. hi sacramentorum loca, omnemque rationem recognoscere:

ecclesie sacram suppellectilem, reeta, & parietes inspicere: beneficiorum, altariumque iura, institutiones, conditiones cognoscere: si presbyteri, & clerici munera debita obirer; quæ ratio vitæ, consuetudinis, studiorum; diligenter inquirere: de christianis scholis, piarum sodalitatum exercitationibus, populi cultu inuestigare. hæc, & eiusmodi alia perficere; simul sacris faciendis in ecclesia inservire; cubiculo Caroli assistere; litteras scribere. Carolus ne puncti quidem temporis, sine labore traducti sibi veniam dabat. neque caloribus, neque vllius tempestatis habitatio, ecclesia recognita, statim adibat aliam. vbi que concionabatur, sacramentum Eucharistie præbebat; cœmeteria, ecclesias, campanas, vbi opus esset: sacrabat. peruulgata erat, quasi proverbiū quoddam, itineris suscipiendi hora, quam frequenter Carolus, in maximis caloribus eligebat; ut ea ratione temporis magis parceret; ea erat meridiana, præscriptas parsimonie leges in victu nemini licebat, vel minima ex parte violare. Cum prompto animo, atque alacriter munera sua obibat. semper: tum hoc visitationis extra urbem libentissime, expressior ea videbatur, ut dicere solebat, Salvatoris imitatio; qui vicos, & castella, magno cum labore, salutaria docens peragrabat, tum ad urbem quibusdam temporibus, festisque reuertebatur. delectabatur etiam natura hominum simpliciore; tum fructu in primis; quem ex suis laboribus, eorum pietate, animoque ad res salutares propenso, capiebat, sane multo quam in ciuitate vberiore. neque vero non gratissimæ erant incommoda hospitia, perpetuique labores, operis, atque itineris. nullus erat tam desertus locus; nullum tam asperum montis iugum, quo is non perueniret; nulla tam remota, destitutaque ecclesia, quam non adi-

hs ad hunc
citatam
lib. xxxiix.